

# Vorabdruck Lektionstexte 15-28

Band **2**

Wir lassen die  
Katze aus  
dem Sack...



# prima.

LATEIN  
LERNEN



## Sehr geehrte Damen und Herren,

nicht nur die neuen Kernlehrpläne, sondern vor allem auch Sie als Lehrkräfte wünschen sich mit guten Gründen ein **schlankes Lehrbuch** für Latein als 2. Fremdsprache - ein Unterrichtswerk, das alle Lerngruppen realistisch in 2,5 Jahren bewältigen können. Denn nur eine überschaubare und attraktive Spracherwerbsphase lässt genügend Zeit für die Originallektüre.

Das **prima**-Autorenteam trägt den zahlreichen Rückmeldungen aus der Praxis und den Zielvorstellungen der Kernlehrpläne Rechnung: Das neue **prima** ist ein moderner, schlanker Sprachlehrgang mit 28 Lektionen. Der Lehrgang fokussiert sich konsequent auf eine Basis von rund **1.000 Vokabeln**, deren Relevanz für die schulische Lektüre statistisch nachgewiesen ist, und auf ein sinnvoll gestrafftes **grammatisches Fundamentum**.

Im April 2020 erscheint **Band 1** des neuen **prima**. Er enthält die Lektionen 1 - 14: alle Texte, Übungen, Wortschatz und Grammatik in einem Band. Anhand der Vorabdrucke, die wir Ihnen zugeschickt haben, konnten Sie bereits sehen: Unser Erfolgsbuch **prima** hat sich stark verändert. Viele Lektionstexte sind völlig neu, es gibt **neue** Themen, neue Infotexte, neue Aufgabenformate, neue Medien, ein neues Layout.

Angesichts dieser Fülle von Neuerungen dürfen Sie mit Recht fragen: Wie geht es in **Band 2** weiter? Dieser Band, mit den Lektionen 15 - 28, wird noch im laufenden Jahr 2020 erscheinen. Die Grammatikverteilung und die aktuelle Fassung der Lektionstexte von Band 2 finden Sie jetzt schon auf den folgenden Seiten: Auch diese Texte sind spannend, flüssig lesbar und gut austariert in Bezug auf Umfang und Anspruchsniveau. Sie verlieren nie die **Historische Kommunikation** als zentrales Ziel aus den Augen: in der Auseinandersetzung mit literarischen und kulturell anspruchsvollen Texten.

Freuen Sie sich mit uns auf den zweiten Band von **prima**., der genauso attraktiv und handwerklich solide sein wird, wie Sie es von **prima** erwarten dürfen.

Und wenn Sie es vorziehen, die Texte und Übungen der 28 Lektionen in einem Band zu haben: Noch im Jahr 2020 wird das neue **prima** auch in der klassischen Bindeart vorliegen: ein Textband plus ein Begleitband - Sie haben die Wahl!

Mit herzlichen Grüßen

Ihre Redaktion Alte Sprachen

BAND 1	
<b>1</b>	Nominativ 3. Person Inf. Präs.
<b>2</b>	Akkusativ Subjekt / Prädikat Akkusativ als Objekt Präp.ausdruck
<b>3</b>	1. / 2. Person Imperativ Vokativ Subjekt im Prädikat
<b>4</b>	Ablativ Ablativ des Mittels / des Grundes Präpositionen
<b>5</b>	kons. Konjug. velle / nolle Wort- und Sachfelder
<b>6</b>	Genitiv o-Dekl. auf -er Genitiv d. Zugeh. (Attribut) Genitivus partitivus Genitivus obiectivus
<b>7</b>	Dativ kons. Konjug. (i-Erw.) Dativ als Objekt Dativ als Präd.nom.
<b>8</b>	3. Dekl.: Neutra Perfekt: v- / u-Perfekt posse
<b>9</b>	Inf. Perf. Acl Präfixe
<b>10</b>	Adjektiv: a- / o-Dekl. Adjektiv: Kongruenz Adjektiv: als Attribut Adjektiv: als Präd.nom. Ablativ der Zeit Suffixe
<b>11</b>	Perfekt: s-Perf. / Dehnung Perfekt: Reduplikation / ohne Stammv. Personalpronomen
<b>12</b>	Relativpronomen Relativsatz als Attribut Relativer Satzanschluss
<b>13</b>	Adjektiv: 3. Dekl. is Nebensätze als Adverbiale
<b>14</b>	Imperfekt ire Acl: Pronomina

BAND 2	
<b>15</b>	Plusquamperfekt Adverb: Bildung
<b>16</b>	Futur Interrogativpronomen Wort- und Satzfragen
<b>17</b>	Passiv (Präs. / Impf. / Fut.)
<b>18</b>	PPP Passiv (Perf. / Plusqpf.) Pc
<b>19</b>	Konj. (Impf. / Plusqpf.) Irrealis
<b>20</b>	Konj. (Präs. / Perf.) Konj. in Nebensätzen Prädikativum
Latein original: Martial	
<b>21</b>	PPA hic / ille
<b>22</b>	Abl. abs. e-Dekl.
Latein original: Phaedrus	
<b>23</b>	Adjektiv: Steigerung Adverb: Steigerung Dativ des Zwecks Doppelter Akkusativ
<b>24</b>	Abl. abs. Sinnrichtungen Abl. abs. nominal u-Dekl.
Latein original: Plinius	
<b>25</b>	ferre Genitiv d. Zugeh. (Präd.nom.) Genitiv d. Beschaffenheit Ablativ d. Beschaffenheit Gerundium
<b>26</b>	PFA Inf. Fut. Akt. Hortativ Jussiv Optativ Prohibitiv
Latein original: Caesar	
<b>27</b>	fieri Gerundivum Potentialis Deliberativ
<b>28</b>	Deponentien
Latein original: Cicero	

## 15 Dem Willen der Götter folgen?

Jupiter schickte Merkur nach Karthago, um Äneas zum Aufbruch zu mahnen.

Mercurius de caelo ad Aeneam pervenit; eum pulchram vestem Punicam gerere vidit, quam Dido ei donaverat. Statim nuntius Iovis Aeneam monuit: „Quid hic facis, Aenea? Cur eo loco tam improbe te geris? Cur tam male agis? Cogita de fato tuo! Hic bene vivere tibi non licet. Relinque Carthaginem; nam Italiam petere debes! Posteris tuis illic novam patriam para!“

Verba Mercurii Aeneam vehementer terruerunt. Itaque vir pius, qui imperio Iovis semper paruerat, consilium cepit celeriter e regionibus Punicis discedere. Statim comites ad litus vocavit, eos classem et arma parare iussit.

At Dido, quae consilia Aeneae iam animadverterat, vehementer eum accusavit: „Cur me tam turpiter fallis? Cur fugere properas, cur tam crudelis es? Nunc dolum tuum perspexi!“ Tum Dido diu tacuit – denique tristi voce dixit: „Tibi nimis credidi; nam te amavi.“

Aeneas autem, quem Mercurius de fato monuerat, graviter gemuit<sup>1</sup>: „Numquam tibi conubium<sup>2</sup> promisi. Cogita deos vitam meam regere! Iuppiter, pater deorum hominumque, me novam patriam quaerere iussit. In somno Anchisem patrem vidi, qui in Italiam me misit. Desine me teque querelis<sup>3</sup> tuis vexare<sup>4</sup>: Italiam non mea sponte peto.“

1 gemuit er seufzte 2 cōnūbium die Ehe 3 querēla die Klage 4 vexāre quälen

## 16 Den Willen der Götter erkennen

Die Perser beherrschten vom Orient aus ein riesiges Reich. Weil sich griechische Städte in Kleinasien, der heutigen Türkei, dem Perserkönig nicht fügten, wollte er ganz Griechenland unterwerfen. Er mobilisierte ein gewaltiges Heer und eine riesige Flotte. Athen wollte sich widersetzen und beschloss, das Orakel von Delphi zum bevorstehenden Krieg zu befragen:

Athenienses<sup>1</sup> legatos Delphos miserunt. Qui templum Apollinis intraverunt, sacerdotes de fato patriae consuluerunt: „Satis constat Persas<sup>2</sup> civitatem nostram capere studere. Itaque opem Apollinis petimus: Civitatemne ab hostibus servabimus – an omnes peribimus? Quo modo hostes superabimus? Quis nobis aderit? Quos deos adire debemus? Quando dei tandem Persarum<sup>2</sup> superbiae finem facient?“

Primo Pythia oraculum breve dedit: „Fugite ex urbe! Nam hostes urbem et templa capient.“ Tum legati, qui animo defecerunt, Pythiam iterum oraverunt: „Audi supplicia nostra! Quid facere debemus? Da nobis consilium! Aliter e templo non exhibimus.“ Pythia respondit: „Iterum ostendam fatum vestrum: Urbem ipsam ab hostibus non defendetis. Sed murum ligneum<sup>3</sup> hostes non superabunt.“ Denique legati domum redierunt.

Die Athener stritten nun darüber, wie dieser Orakelspruch aufzufassen sei. Einige plädierten dafür, sich auf die Burg zurückzuziehen. Ein seit ewigen Zeiten dort wucherndes Dornengestrüpp – eine hölzerne Mauer – werde die Feinde aufhalten. Aber es gab noch eine andere Deutung.

Themistocles, vir nobilis, iam antea Athenienses<sup>1</sup> magnam classem parare iusserat. Qui nunc orationem claram habuit: „Nonne oraculum intellegitis? Num omnes perire vultis? Apollo ipse nos patriam relinquere et naves conscendere<sup>4</sup> iubet. Nisi navibus pugnabimus, hostes non vincemus; auxilio deorum ac virtute vestra non modo hostes superabitis, sed etiam patriam liberabitis. Persae<sup>2</sup> Graeciam relinquent – gloria Athenarum ingens erit.“ Ita Themistocles animos Atheniensium<sup>1</sup> confirmavit. Qui statim naves viris armatis complere statuerunt. Profecto accidit, quod Athenienses<sup>1</sup> classem Persarum<sup>2</sup> vicerunt.

1 Athēniēnsis, is *m* der Athener 2 Persae *m* die Perser 3 ligneus *aus Holz* 4 cōscendere *besteigen*

## 17 Eine folgenreiche Botschaft

Gaius Octavius, der 19-jährige Großneffe Cäsars, wartete 44 v.Chr. mit seinen Freunden Marcus Vipsanius Agrippa und Quintus Salvidienus Rufus in Apollonia (im heutigen Albanien) auf Cäsar, um ihn bei einem Feldzug in den Osten zu begleiten. Doch eines Tages, als sie gerade über die politische Situation in Rom diskutierten ...

Subito nuntius celer per campos accessit et ad Octavium amicosque contendit. Octavio dixit: „Salutem tibi dico. A matre litterae tibi mittuntur – statim lege!“ Octavius legit et terretur: „Caesar mortuus est. Senatores eum interfecerunt.“ Nuntius omnes vehementer commovit, unus ex amicis clamavit: „Numquam de tali scelere audiebatur! Ira acri capior – vos quoque ira capimini!“ Octavius autem tacuit et abiit. Omnia, quae acciderant, solus cogitavit.

Postea cum amicis consilium habuit. Salvidienus dixit: „Vides nos morte Caesaris vehementer moveri; nam salus Romanorum iterum iterumque ab eo augebatur! Et tu a Caesare omni tempore verbis amplis laudabaris, ut filius amabaris. Tuum est officium mortem eius ferro vindicare<sup>1</sup>.“ Idem<sup>2</sup> censuit Vipsanius: „Milites nomine Caesaris miro modo movebantur et movebuntur. Cum militibus Romam procede! Qui sceleratos supplicium fugere numquam sinent.“

Tandem Octavius: „Minime ab eis, qui Caesarem interfecerunt, perterreri possum. Immo mox ab eis metuar. Sed caute<sup>3</sup> agere debemus; multa enim nescimus: Quis Romae amicus est noster, quis inimicus? Suntne in vinculis scelerati – an adhuc liberi? Sed unum certum est: Scelerati invenientur, mortem non fugient.“

1 vindicāre rächen 2 idem dasselbe 3 cautē Adv. vorsichtig

## 18 Augustus – ein Friedensherrscher?

Im Jahr 17 v. Chr. wird der fünfzehnjährige Aulus Zeuge nie gesehener Schauspiele, die Kaiser Augustus in Rom veranstalten ließ. Zufällig ist gerade sein Onkel Gaius zu Besuch. Gern spricht Aulus mit ihm über Politik und nutzt daher die Gelegenheit, ihn auf das Gesehene anzusprechen:

**AULUS:** „Complura sacra vidi et vehementer motus sum; talia enim sacra numquam visa esse puto. Tempa Romae pulchre ornata erant. Iuppiter et Iuno et alii dei ab Augusto ipso multis cum precibus antiquo modo culti sunt. Bestiae delectae ad aras interfectae sunt. De religione nostra a patre bene iam instructus sum. Causas autem eorum sacrorum non satis intellego.“

**GAIUS:** „Deis gratiam agimus pro pace tandem hominibus data. Nam post mortem Caesaris pax diu afuit: Romani cum Romanis pugnabant, donec<sup>1</sup> Octavius imperio Romano imperavit. Qui mortalibus aetatem pacis donavit. Itaque ante decem annos senatoribus gratia commotis placuit Octavio nomen Augusti dare curamque imperii ei mandare.“

**AULUS:** „Sed audivi Octavium ira acri captum in bello civili<sup>2</sup> saepe crudelem fuisse. Nonne scelera eius civibus nuntiata sunt?“

**GAIUS:** „Negari non potest quondam multos homines ab Augusto interfectos esse. Eo tempore cives factis eius territi saepe timore moti erant. Sed post bella Augustus omnem curam in pace posuit; ita salus hominum aucta est. Multi etiam censent Augustum a deis missum esse.“

**AULUS:** „Tamen Augustum ita laudatum non probo.“

<sup>1</sup> donec *Subj. bis* <sup>2</sup> bellum cīvīle *der Bürgerkrieg*

## 19 Traumziel Ägypten

Natürlich machten auch schon die Römer Urlaub! Das Traumziel reicher Römer war Ägypten, wo man eine uralte Kultur besichtigen und eine Kreuzfahrt auf dem Nil (Nīlus) machen konnte. Exotische Tiere an den Flussufern gaben dem Ganzen den Hauch von Abenteuer. Der römische Offizier Ianuarius, der mit seiner Frau Ägypten besucht hat, erzählt in Rom von seiner großen Ägypten-Reise:

„Nisi laudem Aegypti a tot hominibus audivissemus, longum iter in eam provinciam numquam fecissemus. Simul ad Alexandriam pervenimus, statim pedibus per vias urbis iimus, quia singula aedificia videre volumus. Postquam iter per urbem confecimus, denique nimium felices in taberna sedimus.

Postridie<sup>1</sup> iam prima luce cupidi eramus pyramidum<sup>2</sup>. Tandem ea monumenta vidimus. Qualia aedificia! Aedificia ingentibus laboribus facta! Montibus sunt similia! Omnia templa Romanorum minora sunt. Etiam si Vergilius poeta essem, ea monumenta verbis laudare non possem. Ne Hercules quidem, si in eas regiones venisset, aedificia tam ingentia fecisset. Certe a pyramidibus<sup>2</sup> nondum abissemus, nisi ad Nilum flumen ducti essemus.

Ibi navis idonea parata iam erat; in quam impositi sumus. Dum ea in nave tempus molle agimus, vidimus bestias miras, de quibus in libris modo legeram: Crocodilos et hippopotamos. Ego statim in Aegyptum redirem iterumque easdem bestias spectarem, si ...“

Subito uxor Ianuarii clamat: „Tace! Unde scis ea, quae narras, mihi quoque summum<sup>4</sup> itineris fuisse? Mihi enim placuit merdam crocodileam<sup>5</sup> parare, quā os meum tegere et rugas polire<sup>6</sup> possum. Invidiam enim amicarum ita moveri scio.“

1 postrīdiē *Adv. am folgenden Tag* 2 p̄yramis, idis *f die Pyramide (Akk. Pl. -idas)* 3 summum *n das Highlight, das Größte* 4 merda crocodilēa *f der Krokodilskot* 5 rūgās polīre *die Falten glätten*



## 20 Die Römer – eine Plage der Völker

Im 1. Jh. n. Chr. unterwarfen die Römer in jahrzehntelangen Kämpfen auch große Teile Britanniens. Schließlich stellten sich aber 83 n. Chr. in Kaledonien, dem heutigen Schottland, die dortigen Stämme dem römischen Feldherrn Gnaeus Iulius Agricola entgegen. Ihren Anführer Calgacus lässt der römische Historiker Tacitus vor der entscheidenden Schlacht mit heftigen Anklagen gegen die Römer zu Wort kommen:

Romani victores ad nos venerunt, domini provinciis praesunt. Cogitate, quot<sup>1</sup> obsides principes gentium Romanis dederint, quantā iniuriā ubique<sup>2</sup> plebs vexata sit<sup>3</sup>, quantae opes raptae sint! Romani ipsi magna verba de auctoritate sua faciunt. Se populis pacem dare contendunt.

Quaero, hocne verum sit. Eorum enim imperium nihil est nisi poscere, necare, rapere: Ubique<sup>2</sup> solitudinem<sup>4</sup> fecerunt. Cum in terris cuncta rapuissent, maria quoque adibant, ut opes quaerent.

Nos quidem a sceleribus et insidiis eorum adhuc tuti eramus. Sed cum ceterae gentes Britanniae superatae sint, nos ultimi viri liberi sumus. Cum Romani sceleribus nos terreant, tamen e proelio hodie victores abibimus. Romani enim milites e multis regionibus conscriptos habent. Neque amor patriae neque amicitia ea auxilia iungit. Etiam duces eorum timent, ne in periculo facile a militibus deserantur.

Nos autem frequentes convenimus, ne Romani uxores liberosque e vicis nostris raperent. Scio, quae facta a vobis egregie gesta sint, quantam virtutem semper ostenderitis. Cogitate, utrum in servitute vivere an totam Britanniam in libertatem vocare velitis: Nam victoriā nostrā efficiemus, ut aliae quoque gentes – cupiditate libertatis adductae – a Romanis deficiant et castra eorum temptent.

1 quot wie viel(e) 2 ubique überall 3 vexāre quälen, peinigen 4 solitūdō, inis f die Wüste

## 21 Narziss und Echo

Die Nymphe Echo war von der Göttin Juno für ihre Geschwätzigkeit damit bestraft worden, dass sie immer nur die letzten Worte von dem wiederholen durfte, was vorher jemand gesagt hatte. In Echos Umgebung lebte Narziss, ein junger Mann, wunderschön, aber auch so stolz und unnahbar, dass er sich keinem anderen Menschen zuwenden wollte.

Quondam Echo, quae in silva vivebat, procul aspexit Narcissum bestias feras capientem. Ubi inter arbores vidit illum iuvenem pulchrum, nymp<sup>1</sup> amore accensa illi occurrere voluit. Dum per silvam et agros iuveni instat<sup>2</sup>, magis magisque ab illo amari cupiebat. Sed cum haec illum appellare volebat, natura hoc non sinebat.

Tum Narcissus nymp<sup>1</sup> audit adeuntem, neque vero eam videt. Vehementer commotus rogat: „Quis adest?“ – „Adest“, respondet Echo.

Narcissus verbum auribus accipit et puellam verbum repetentem quaerit. Sed nihil videns ille: „Cur“, inquit, „me fugis?“ – „Me fugis“, nymp<sup>1</sup> verba illius repetens respondet.

Nunc iuvenis magna voce puellam vocat: „Huc veni!“ – Et haec amore ardens rursus vocat vocantem. Ita Echo iuveni semper respondens tamen ab illo videri non potest.

Tum demum Narcissus postulat: „Te videre volo!“ – Et Echo: „Volo!“

Hinc nymp<sup>1</sup> e silva exiens iuvenem tangere atque tenere cupit. At ille hanc puellam prope accedentem territus fugit – fugiensque clamat: „Tangi nolo!“

Echo autem magno dolore capta in silvam se recepit, ubi sola vivebat in antro<sup>3</sup>. Amor tamen manebat – dolor crescebat; membra amantis solvebantur. Tandem nihil corporis reliquum erat. Manet vox.

1 nymp<sup>1</sup> die Nymphe (weibl. Naturgottheit) 2 instāre *m. Dat.* verfolgen 3 antrum die Höhle

## 22 Angst vor dem Tod?

Der alte und angesehene Senator Cornelius hat länger an keiner Senatssitzung mehr teilgenommen und sich in sein Landhaus zurückgezogen. Schon sind Gerüchte von einer ernsten Erkrankung im Umlauf. Da bekommt Cornelius Besuch von seinem Freund Lukrez, der sich auch intensiv mit der griechischen Philosophie befasst. Er sei tatsächlich krank gewesen, gesteht Cornelius seinem Besucher, diese Erkrankung habe aber bei ihm, dem pflichtbewussten Senator, viel tiefer gehende Gedanken ausgelöst ...

Cornelius: „Bene cognovi, amice, patres conscriptos me exspectare; eos consilia mea magni aestimare scio. Crede mihi: Rei publicae consulere volo; neque enim officia senatoris negligere oportet. At nunc diebus ac noctibus magna cura me premit: timor mortis. Timore me premente nullam spem habeo.“

Lucretius: „Timore te premente tamen necessarium est te tua officia praestare. Quare timori resiste! Hoc timore extincto vires tuae redibunt.“

His verbis dictis Cornelius tacuit; tum respondere coepit: „Tu adulescens es, ego autem senex sum. Quemadmodum ...?“

Statim Lucretius haec ostendit: „Ut scis, meus est mos litteris philosophorum<sup>2</sup> Graecorum studere. Philosophi<sup>2</sup> multas res me docuerunt. Sententiis eorum cognitis tu quoque animum mutare poteris. Nam philosophia<sup>1</sup> animos exercet, vis philosophiae<sup>1</sup> etiam timorem mortis tollere potest. Timore sublato spem novam habebis. At vi philosophiae<sup>1</sup> neglecta timorem, in quem cecidisti, male sustinebis.“

Hac oratione habita Lucretius haec verba Epicuri rettulit<sup>3</sup>: „Mors nihil est. Dum adsumus, mors abest. Et si mors adest, nos non iam adsumus. Itaque mors nec ad viventes nec ad mortuos pertinet.“

His verbis auditis Cornelius diu cogitavit: Estne nihil mors? – Et mox nova spe motus est.

1 philosophia die Philosophie 2 philosophus der Philosoph 3 rettulit er führte an, zitierte

## 23 Die Wahrheit kommt ans Licht

Nachdem Ödipus von dem blinden Seher Teiresias die Prophezeiung erhalten hat, dass es seinen und Thebens Untergang bedeuten würde, wenn er für den Tod seines Vaters Laios nicht die Verantwortung übernimmt, vermutet Ödipus eine Verschwörung. Wütend sucht er das Gespräch mit seiner Frau Iokaste.

**IOCASTA:** O coniunx carissime, numquam saevio rem te vidi. Quis tam saevum te fecit?

**OEDIPUS:** Tiresias, ille vates<sup>1</sup> improbissimus, me Laium interfecisse contendit. Oraculum mihi dedit: „Laios a te interfecto dei nec tibi nec urbi parcent. Fatum crudele nobis omnibus commune est: Illa pestis<sup>2</sup> plurimos cives perdet, nisi tu verum invenies. Nemo mortalium miserior est te.“ Me obsecravit, ut Thebas quam celerrime relinquerem et ita pestem<sup>2</sup> mecum ex urbe educerem.

**IOCASTA:** Cave oracula! Oraculi causā meus filius parvus a bestiis interfectus est. Oraculum quondam dixerat: „Filius patrem necabit.“ Quia oraculum maximae curae nobis fuerat, filium pastori<sup>3</sup> commisimus eumque in montibus deponi iussimus. Laios autem ad Delphos a viris alienis necatus est, quamquam duos socios secum habebat.

Nullum facinus crudelius est quam liberos perdere. Illud oraculum tristissimum me reddidit - itaque optimum est fatum nescire.

**OEDIPUS:** Retine verba, coniunx! Dixistine „ad Delphos“ et „duos socios“?

**IOCASTA:** Ita est.

**OEDIPUS:** Quam caecus<sup>4</sup> fui! Fatum saevius se praebet quam ignis. Quondam ad Delphos in via constiti, virum nobilem cum duobus sociis conspexi. Qui cedere me coegit ...

Die Wahrheit wird für Ödipus und Iokaste nun offenbar. Er sticht sich die Augen aus, weil er die Wahrheit nicht sehen konnte. Iokaste hingegen nimmt sich das Leben. Ödipus übernimmt die Verantwortung für seine Tat und geht ins Exil. Dadurch verschwindet die Pest aus Theben.

1 vātēs *m* der Seher 2 pestis, *is f* die Pest, die Seuche 3 pāstor, ōris der Hirte 4 caecus blind

## 24 Das richtige Handeln

Kreon erlässt ein Gesetz, das die Bestattung des Leichnams von Polyneikes unter Todesstrafe stellt. Dessen Schwester Antigone kann aber dieses Schicksal ihres Bruders nicht ertragen. Sie entscheidet sich zu handeln und wird erwischt.

*Custos Antigonom ad sedem regis ducit.*

**CUSTOS:** Creon, rex honeste, illam virginem invenimus, cum magnum facinus committeret: Corpus Polynicis terra condere studuit.

**CREON** *ad Antigonom:* Verumne est? Quid mente agitabas, Antigona? Nonne scivisti poenam tanti facinoris mortem esse?

**ANTIGONA:** Certe scivi!

**CREON:** Et lege a me constituta tamen tantum crimen commisisti!

**ANTIGONA:** Numen deorum est mortuos terra condi. Dei honorem hominum, etiam mortuorum, neglegi nolunt. Et ratio docet deis parere.

**CREON:** Polynices exercitu hostium coacto Thebas petivit. Itaque me auctore insepultus<sup>1</sup> in campo iacuit. Facinus tuum maximum impetum duco – tu impetum in regem facis. Legibus a rege constitutis parere oportet. Aliter pax in urbe impetrari non potest. Hoc quoque ratio docet!

**ANTIGONA:** Tamen lex tua ingens scelus est; tibi honori certe non erit. Quo longius rationi resistes, eo crudelius peribis. Ego autem sine metu mortem accipiam.

**CREON** *clamans:* Satis est! Custos, relinque domum una cum Antigona! Conde eam vivam in sepulcro saxeo<sup>2</sup>!

*Custos Antigonom e domo educit.*

**CREON** *secum:* Me invito rex factus sum. Sed nunc urbs in manu mea est – imperium obtineo.

1 insepultus unbegraben, unbestattet 2 sepulcrum saxeo n das Felsengrab

## 25 Groß ist die Artemis von Ephesos!

Beim Diana-Tempel in Ephesos konnten die Besucher kleine Silberfiguren der Göttin kaufen; diese Figuren waren nicht nur Souvenirs, ihnen wurde auch Glück bringende Wirkung zugeschrieben. Demetrius, ein Produzent solcher Figuren, schreibt an seinen Freund Markus, der im entfernten Rom lebt, einen Brief:

Demetrius Marco suo salutem dicit.

Tandem tempus scribendi mihi fuit! Audivi tuam condicionem vivendi aliam esse ac prius. Gaudeo, quod negotia minus te premunt. Sed nunc audi de fortuna Ephesiorum:

Scis aedem Dianae nostrae aedificium mira magnitudine esse; quod cum aliis templis conferri non licet. Itaque multi homines urbem nostram visunt. Et multi Ephesiorum – ut ego – quaestum faciunt<sup>1</sup> ex illo templo.

Ante paucos dies aliquis nuntium mihi attulerat Paulum quendam in urbem venisse et ante aedem multa verba facere de deo aliquo, nomine Iesu Christo. Celeriter eo ibam: Cernebam Paulum, virum parvae staturae<sup>2</sup>, hunc deum laudantem Dianamque ridentem. Vultu acri clamavi: „Quis deam summam violare<sup>3</sup> audet? Nemo hoc ferre potest! Neque ego hoc feram! Nam maiestate<sup>4</sup> Dianae sublata nemo urbem nostram viset. Ergo, Ephesii, convenite ad agendum!“

Cuncti, qui aderant, iure clamabant: „Diana, tu semper praesidium nobis praestitisti! Magistratum est hunc virum quam celerrime ex urbe auferre!“ Tunc clamando repetebant: „Magna est Diana Ephesiorum!“ Statim magistratus, viri magni ingenii, Paulum circumvenerunt et ex urbe traxerunt. Hoc malo ablato laetus domum ii. Hanc rem certe memoria tenebo. Vale!

<sup>1</sup> quaestum facere seinen Lebensunterhalt bestreiten <sup>2</sup> statūra: vgl. Fw. <sup>3</sup> violäre beleidigen <sup>4</sup> mäiestās, ätis das Ansehen, die Würde

## 26 Marius und die Zauberin

Die germanische Seherin Veleda hatte beim Aufstand eines germanischen Stammes vorhergesagt, dass die Römer die entscheidende Schlacht verlieren würden. In der Nacht vor dieser Entscheidungsschlacht schlich sich der römische Offizier Marius aus dem Lager. Er hatte gehört, dass Veleda in einem Turm im Wald, ganz in der Nähe des römischen Lagers, lebte. Obwohl es gefährlich war, das Lager ohne Erlaubnis zu verlassen - Marius wollte von der Seherin unbedingt wissen, ob er überleben und nach Rom zurückkehren würde.

Marius nocte per silvas Germaniae errabat Veledam visurus; fortunam enim suam ante pugnam ab ea requirere cupivit. Haec secum cogitavit: „Spero Veledam res secundas mihi provisuram esse. Spero me salvum Romam rediturum esse.“

Sed laboribus errandi confectus viam haud invenit et de rupe<sup>1</sup> alta cecidit. Inde ossa dispersa<sup>2</sup> animadvertit vocesque miras bestiarum audivit. Quam ob rem magno metu motus cogitavit: „Certe Veleda arte magica<sup>3</sup> me interficere vult, quia contra Germanos pugnans tamen eam adeo auxilium petiturus. Utinam in castris mansissem! Nunc aut bestias aut hostes me necaturos esse exspecto. Utinam ne eo loco e vita excedam!“

Subito Marius mulierem accedentem animadvertit. „Ne hoc cogitaveris! Abeat metus tuus!“, mulier virum monet: „Ne putaveris res adversas tibi accidere posse! Semper ostendas magnum animum, spem bonam capias! Si res tuas maiore cum confidentia<sup>4</sup> gesturus es, omnia feliciter evenient. Praeterea maiori usui tibi erit ad castra redire, quae nuper reliquisti. Aliter imperator poenas tibi dabit, supra desertorem<sup>5</sup> te ducet.“ Marius verbis mulieris monitus confirmatusque surgit. Ad castra rediturus mulierem rogat: „Dic mihi nomen tuum, ut gratias tibi agere possim!“ Mulier abiens unum tantum verbum – quasi venti flatum<sup>6</sup> – profert: „Veleda.“

1 rūpēs, *is f* der (steile) Felsen 2 ossa dispersa *n Pl.* verstreute Knochen 3 magicus *magisch*, Zauber...  
4 cōnfidentia *das Selbstvertrauen* 5 dēsertor *der Deserteur* 6 flātus, *ūs m* der Hauch

## 27 Der Glaube vor Gericht

In dem von einem Christen verfassten Bericht über einen Märtyrerprozess steht eine Christin vor einem römischen Richter. Dieser nennt zunächst die zentrale Forderung, der Kaiser müsse durch Opfer verehrt werden:

„Mihi notum est Christianos deum suum summo studio colere. At istos imperatorem Romanum non colere comperi; quod omnino ferendum non est. Cives sacris faciendis imperatorem colere debent. Omnibus civibus sacra facienda sunt ante simulacrum imperatoris. Christiani autem sacris desunt. Imperator enim usque ad hunc diem rei publicae optime consulebat. Quoniam religionem veterem sibi servandam esse censuit, dei ad salutem civium servandam semper ei aderant.“

„Cur sacra faciam imperatori? Adde, quaeso, causam, cur colam hominem ut deum? Id fieri non potest. Salus animae non in operibus hominis cuiusdam posita est, sed in gratia dei. Qui misit filium suum in terram, ut homines servaret ab omni malo. Filius dei homo factus est. Et mortem ut homo subiit, cum ab inimicis interficeretur. Ita fit, ut homines liberi sint ab omni malo.“

„Dei maiorum nostrorum et plures sunt et fortiores quam iste unus deus. Nemo sane crediderit filium dei hominem factum esse. Quocum componam talem deum? Sacra, aio, tibi facienda sunt, ut noverim fidem tuam. Sacris non factis acria animalia in arena<sup>1</sup> te interficient.“

„Fiat, ut mortem in arena<sup>1</sup> subeam! Deus verus iudex est, qui animam in caelum admittit.“

<sup>1</sup> arēna die Arena, der Kampfplatz



## 28 Drei Religionen – ein Glaube?

Im Mittelalter hatte sich unter islamischer Herrschaft in weiten Teilen Spaniens (arab. Al-Andaluz) eine reiche Kultur entwickelt, die sich durch eine erstaunliche religiöse Toleranz auszeichnete. Dieser Kultur entstammte auch der christliche Gelehrte Ramon Lull (1232 – 1316; lat. Raimundus Lullus), der auch mit der islamischen Kultur sehr vertraut war. In seinem „Buch vom Heiden und den drei Weisen“ unterweisen drei Gelehrte einen wissbegierigen „Heiden“ über ihre jeweiligen Religionen: Christentum, Judentum, Islam. Am Ende stellen die drei Gelehrten grundsätzliche Überlegungen zum Glauben an.

Primus sapiens<sup>1</sup>: „Magna cum voluptate cum vobis locutus sum et dulce mihi fuit, quod convenimus, ut his de rebus loqueremur. Sic enim sensi nobis omnibus unum deum esse. Itaque – ut mihi videtur – intellegere debemus, quae sit communis fides et quo modo deum una vereri possimus. Cogitate de discordia<sup>2</sup> perpetua religionum: Quot pugnae ortae sunt, quot mala genus humanum passum est et patitur, quot milia hominum adhuc moriuntur!“

Secundus respondit: „Sed pectora multorum hominum metu premuntur, ne ritus<sup>3</sup> sacri, qui ad fidem praesentem pertinent, mutantur. Iis enim ritibus<sup>3</sup> homines non solum deo servient; iis etiam utuntur, ut vitam suam instruunt. Itaque intra eam fidem, in qua nati sunt, semper vivere volunt. Vehementer queruntur, si quid<sup>4</sup> mutatur.“

Ad hoc tertius e sapientibus<sup>1</sup>: „Recte loqueris. Sed saepe potestatem veritatis<sup>5</sup> mirabar. Ea potestate homines certe adducentur, ut unam communem fidem sequantur.“

Tum iterum primus sapiens<sup>1</sup>: „Priusquam homines communem fidem docemus, nos ipsi eam cognoscere debemus. Ergo hoc pollicemur: Iterum atque iterum conveniemus, ut communem fidem cognoscamus. Ea cognita ad terras orbis proficiscemur et de ea fide loquemur.“

1 sapiēns, ntis *weise*; *Subst. der Weise* 2 discordia *der Streit, die Uneinigkeit* 3 rītus, ūs *der Brauch*; *Pl. die Riten* 4 quid ~ aliquid 5 vērītās, ātis *f die Wahrheit*

## Ausblick auf die Begleitmaterialien



## Besonderes zum neuen Lehrwerk



### Anhänger Incitatus

Der tierische Held unseres Lehrwerks prima. lässt sich als niedlicher Anhänger aus Plüsch ganz einfach an Schulranzen, Federmäppchen und vielem mehr befestigen – ein toller Begleiter bei den Abenteuern in der Antike.



### Stempel Incitatus



Bringen Sie mit dem handlichen Stempel „Incitatus“ zu Papier. Der hochwertig gearbeitete Stempel eignet sich als Lob unter gelungenen Hausaufgaben, als Motivationshilfe oder einfach zum Verschönern von Arbeitsblättern. Mit seinen 28 mm Durchmesser ziert der Stempel jeden Schreibtisch. Auch als Geschenk bestens geeignet!



## click & teach

Das digitale Lehrermaterial

### click & teach bietet Ihnen

- ▶ das vollständige digitale C.C.Buchner-Schulbuch im Zentrum der Anwendung.
- ▶ methodische Hinweise, Aufgabenlösungen, Kopiervorlagen, Arbeitsblätter, Audio- und Videodateien und weitere digitale **Zusatzmaterialien** in großer Vielfalt.
- ▶ eine direkte Anbindung der Materialien über Spots auf der Buchdoppelseite.
- ▶ hilfreiche **Werkzeuge** zum Arbeiten mit den digitalen Schulbuchseiten: Markieren, Kopieren, Zoomen, verlinktes Inhaltsverzeichnis, Volltextsuche etc.
- ▶ eine Umgebung, in der **eigene Materialien** eingebunden und für den Unterricht genutzt werden können. 
- ▶ die Möglichkeit, Materialien herunterzuladen, abzuspeichern (z.B. auf einen USB-Stick) und click & teach **offline** über die passende App zu verwenden.
- ▶ einen **ausdruckbaren Unterrichtsplaner**, mit dem Sie jede einzelne Stunde planen, kommentieren und mit Materialien anreichern können. 
- ▶ click & teach **zeitlich unbefristet** als Einzel- oder Kollegiumslicenz, mit digitalem Freischaltcode oder als Box inkl. Freischaltcode – für jeden Bedarf die passende Variante.



## click & study

Das digitale Schulbuch

### click & study bietet Ihren Schülerinnen und Schülern

- ▶ die **vollständige digitale Ausgabe** des C.C.Buchner-Lehrwerks.
- ▶ einen **modernen Reader** mit zahlreichen nützlichen Bearbeitungswerkzeugen.
- ▶ einen **direkten Zugriff auf Links und Zusatzmaterialien**, die in der Printausgabe über Mediacodes zugänglich sind.
- ▶ die Möglichkeit der **Freischaltung** des Lizenzschlüssels unter **www.click-and-study.de** und/oder unter **www.bildungslogin.de**.
- ▶ eine **flexible Nutzung auf verschiedenen Endgeräten** (PCs, Macs, Tablets) online und auch offline via App.

#### Die Printausgabe eines digitalen Schulbuchs ist an Ihrer Schule eingeführt?

Bei Einsendung der Rechnung oder ggf. eines anderen Einführungsnachweises erhalten Sie von uns die entsprechende Anzahl an click & study-Titeln für jeweils **ca. € 1,- pro Titel und Jahr**.

Bitte schreiben Sie eine E-Mail (mit beigefügtem Kaufbeleg) an **digitale-schulbuecher@ccbuchner.de**.

